

ne tot nomina excogitauerint, & tot falsa regimina, ad  
 seducendos homines, instituerint. Illa diuersimoda no-  
 mina vero vnica huic substantia ideo imposuerunt, ne  
 quisquam animaduerneret, quid tamen esset, quo ex (per  
 diuinam gratiam) tot eximia praestantesque res compa-  
 rarentur. Primo illud Merc. nostrum nuncupant, per quod  
 253. nihil aliud intellexerunt, quam humiditatem, quae paulu-  
 26. lum sese cum igne vnire coepit, & ita cum Merc. comparata  
fuit. Et sulphur nostrum quoque; appellarunt, quod tamen  
 aliud nihil est, quam ipse ignis, qui sub aqua, vel humidi-  
 tate, occultus latitat, & ab aqua, ad summum eius gra-  
 dum quoque, coquitur. Praeterea etiam illud Hyle, hoc  
 est, rerum omnium principium, dictum ideo fuit, quod  
 res omnes primum ex aqua & igne generentur. Ad alia  
nomina, Auripigmentum, Arsenicum, Marcasita &c.  
 quod attinet, illa non a Philosophis sed ab imperitis ver-  
 beronibus & sophistis, qui ipsam veritatem ignorarunt,  
 excogitata sunt. Missos itaque istiusmodi impostores  
 imposterum facito, & saltim naturam imiteris, quae sim-  
 plicem dumtaxat coctionem requirit: & hoc modo nul-  
 lus te decipiet.

Sin itaque nunc non a deo deceptus, & naturam paulo  
 altius perpendere velis, absque omni dubio tum tibi fa-  
 cile reuocabis in memoriam, quid tamen illa materia si-  
 et, qua ex creaturae metallica progenerentur. Ante om-  
 nia tamen naturam metallicam, cur Sol, Luna, Venus,  
 Mars, Iupiter, & Saturnus, omnia metalla, & qualis eo-  
 rumdem origo fiet, recte cognoscere te oportet. Indubi-  
 tato quoque nosse necessum habes, quod omnes res  
 creaturae tria in nomina distributa sient, utpote vegetabi-  
 lia,